



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Regula Sancti Patris Benedicti

Benedikt <Montecassino, Abt, Heiliger>

Moguntiae, 1604

IX. De electione Scrutatorum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64533](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64533)

De Electione Scrutatorum, &c. 25

6. Et præscripta omnia ipse Pater Præsides, & Visitatores obseruent omnino & obseruari faciant: carituri ipsi voce actiua, si secus fecerint, vt Diffinitoribus subsequenter status Religionis fiat manifestus, & prouidere possint.

7. Consequenter Pater Præsides publicè audientibus omnibus legat capitulum quartum: De iis qui faciunt practicas, legat etiam breue Apostolocum Gregorii XIII. cōtra appellantes.

8. Deinde moneat omnes vt intersint Missæ, quæ die sequenti solè niter cantabitur de Dominica, cum commemoratione Spiritus Sancti: vt Dominus illuminare dignetur & dirigere in suo beneplacito corda Fratrum Capitulum celebrare debentium. Et Conuentualibus recedentibus Præsides legat infra scriptum Capitulum: quo lecto ad electionem Scrutatorum per Prælatos procedatur.

De Electione Scrutatorum.

CAP. IX.

ORDINAMVS primò, ne quis alicui ex Prælati ad quos electio spectat Diffinitorum, Consanguinitate vsque ad secundum gradum inclusiue coniunctus, in Scrutatore eligatur. Singuli igitur Visitatores, quatuor qui non sint de Capitulo nominent secretè in aurem Patris Præsidentis: ipse etiã

b 5 Pater

Pater Præfidentis quatuor nominare possit quos quidem ille in cedula conscribat, & postmodum nominet. Qui nominati balotentur ab omnibus Prælati: & illi quatuor qui plures balottas albas habuerint sine Scrutatores electi, in omnibus actibus capitulibus, durante ipso Capitulo. Et si fuerint aliqui pares in vocibus, præferantur qui locum superiorem in Monasterio tenuerint. Laude mus tamen pro pace & unitate seruanda, vnus tantum & non plures in eodem Monasterio Professi Scrutatores eligantur.

2. Qui Scrutatores teneant secretissima que tenenda venerint. Contrafacientes vero, si transgressio fuerit manifesta, graduati teneant locum Professionis suæ in Monasterio saltem per duos menses. Si vero non fuerint graduati, fient degradati in Monasterio per omnes Professos, similiter per duos menses & insuper eò ipso sint priuati dicto Scrutorum officio, ad quod deinceps in perpetuum sint inhabiles.

3. Si vero culpa fuerit latens, ter in pane & aqua ieiunent: nec aliter dispensari possint.

4. Hoc autem Capitulum legat Præfidentis ipsis Scrutoribus die sequenti, coram omnibus de Capitulo, antequam ad electionem Diffinitorum procedatur.